

turum concessione pontificum. largitione Regum uel principum. oblatione fidelium seu aliis iu/stis modis largiente domino poterit adipisci. firma uobis uestrisque successoribus et illibata permanent. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis². Locum ipsum / in quo idem Monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis. In ciuitate Curiensi hospitale cum omni iure ac pertinentiis suis. Ecclesiam sancti Hylarii ubi moniales / morantur incluse. Ecclesiam sancti Petri de Prades³. Ecclesiam Sancte Marie in Benedur⁴ cu(m)⁵ Capella ex ea pendente⁶. Capellam sancti Antonii secus stratam. domos. molen- dina. ui/neas. agris. et prata que habetis in Ciuitate Curiensi. prouentus quos habetis de cu(ri)is⁷. Prades³. Sweinig⁸ et laso⁹. In uilla Umbilico¹⁰ curtem unam. In Amedes¹¹. familiam. a/gros et prata Maladres¹² curtem unam. Paisten¹³ curtem unam. Waltramsburc¹⁴ curtem unam. Varin curtem unam. flimis¹⁵ curtem unam. Augun¹⁶ curtem unam et uineas Trisune¹⁷ curtem / unam. Escam¹⁸ curtem unam cum appenditiis suis. Vinomne¹⁹ curtem unam cum appenditiis suis. Decimas. Curtis de Vinonna²⁰. Curtem de Turring²¹. et uineas. et Alpem de Ramoz²² cum pas- cuis / suis; sicut predicta omnia iuste ac pacifice possidetis uobis et per uos ecclesie uestre auctoritate apostolica confirmamus. et presentis scripti patrocinio communimus. Obeun/te uero te nunc eiusdem loci preposito uel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu uiolentia preponatur nisi quem fratres comunj consensu / uel eorum pars consilij sanioris secun- dum dei timorem et beatj Augustinj regulam prouiderint eligendum. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum mona- sterium / temere perturbare. aut eius possessiones auferre. minuere. seu quibuslibet uexationibus fatigare. sed omnia integra conseru- entur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt / usibus omnimodis profutura. Salua sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica iustitia. Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et / beatorum petri et pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum (Anno Chri M. CC. VIII [I])²³ laterani II. Non. Maii. / pontificatus nostrj anno vndecimo;